

B. C. D.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO ⁴⁵
SERENISSIMO PRINCIPE REGIO AC DOMINO
DN. FRIDERICO AVGVSTO,
ELECT. SAXON. HEREDE ETC. ETC. ETC. ²²
DISSERTATIONEM
DE ¹⁷⁰⁴ ²⁹
BENEFICIO COMPE-
TENTIÆ GENERATIM,
SPECIATIMQVE NOBILI-
BVS CONCESSO,
SVB PRÆSIDIO
DN. IO. BALTHAS. WERNHERI, D.
Pandectarum Prof. Publ. Curiaæ Provinc., Scabinatus &
Ordinis Jurid. Assessoris, ejusdemque
p. t. DECANI,
DIE D. XXII. MAJI. A. R. G. MDCC. IX.
PVBLICE
IN ICTORVM AUDITORIO
DEFENDENDAM SVSCIPET
AVCTOR
IOHANNES ADAM BRESCIVS,
LVCCA - LVSATVS.
VITEMBERGAE, PRELO GERDESIANO.

EXCELLENTISSIMO,
Præ-Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis nec non
Doctissimis,

DN. IOHANNI BRESCIO, J. U. D.
Et Supremo Generalique S. Zareæ Majest. Moscov.
Exercitus Judici,
DN. CHRISTIANO GOTTOFREDO SCHRAMMIO,

J. U. D.

Summi per Lusat. Superior. Tribunalis, quod Budissæ floret,
Causarum Patrono & Dynastæ in Nadelwitz,

DN. IO. FRIDER. STADELMANNO,
Supremi Provincialis per Marchionat. Lusat. Infer. Senatus,
nec non Confistor. Eccles. quod Lubenæ habetur,
Proto-Notario,

DN. CHRISTIANO HERRMANNO,
Reipubl. Luccens. Consuli, ut et Reg. atque Elector. Saxon.
O. S. C. A. publicarum reddituum vectigaliumque
Procuratori,

FRATRI ATQVE AFFINIBVS

Suis charissimis æque ac plurimum
colendis

HAS, QVALES, QVALES ACADEM. PRIMITIAS

D. D. D.

A V C T O R

IOH. ADAM BRESCIVS, J. C.

NOBILISSIMO ; CLARISSIMOQUE
VIRO
IO. ADAMO BRESCIO,
S. D.
PRAESES.

NEfas fuerit, non gratulari BRESCIO meo,
nec affectu mutuo respondere ei, qui Scho-
lis meis perperuo adhaesit, meque praci-
puo quodam amore complecti semper uisus
est, atque ita jam apud nos inclaruit, ut inter æquales
nemo ipso eruditione superior, paucissimi pares judi-
centur. Gaudeo vehementer, tam arduum ac difficile
opus non solum pulchre a te ceptum, & temporis suc-
cessu expolitum, sed etiam pari constantia, atque ar-
dore perfectum esse. Opes tuas, quas & naturæ
munere, & singulari industria adeptus es, sapenume-

rocon-

ro contemplatus nesciebam, utrum acre ingenium,
quod a natura obtigit, an rationem animi, qua illud temperasti, ac moris elegantiam cum perpetua
virtus innocentia conjunctam magis mirarer. Nihil enim tam abditum erat, quin penetrares, idemque
perspicaci animo erueres, nihil tam sublime, quo non
virtutis ac indefessa industria gradibus enitereris;
rursus ea animi moderatio ac prudentia, qua impetus
juveniles regebas, ut nihil tibi ex iis, quibus summam
laudem homines adipisci solent, deesse videbatur.
Neque attinet, omnem doctrinæ tuæ apparatum com-
memorari; quem reconditum esse, & magnum, nec
parvo labore, ac industria tibi constare, omnes sci-
unt, qui tuas vivendi rationes propius perspectas ha-
bent. Cujus singularis eruditiois tuæ fundamenta
Cl. Grosserus, insigne illud Lufatiæ ornamentum, pro
singulari sua in formandis ingenii fide atque dexter-
itate felicissime jecit; teque nullo non doctrinæ ele-
gantioris genere imbutum abs se dimisit; ut tibi tot
tamque egregiis præsidiis fullo deinceps facillimum
esset, reliquum studiorum campum, in cuius calce jam
consistis, emetiri. Specimen, quod præsenti Differ-
tatione in lucem edis, egregium est, omniumque ap-
plausu dignum, atque adeo tuum, ut ne quidem le-
ctum esse a me prius, quam typis exscriptum fuisset,
libenter fatear. Quocirca macte animo ac vir-
tute, Clarissime BRESCI, & Illustris Fratris tui
gloria excitatus summum Tibi decus, quod nulla ve-
tustas conficiat, para; mei vero memoriam tamdiu
retine, quoad te, quantum in meis scholis profece-
ris, non pœnitebit. Dabam Vitembergæ Saxonum
d. XXII. Maj. M. DCC IX.

PRÆFATIO.

Nescio sane, utrum magis tritum, an LL. divinis pariter atque humanis consentaneum sit illud: *Suum cuique s. 3. J. de Just. & J.* Hoc enim quævis sacratissimarum literarum linea defendit: iftud, ut alia taceam, vel solus publicæ impressus monetæ typus ejusque quotidianus usus admodum propugnat. Quicquid vero hujus sit, sufficit, injuste eum agere, qui reddere quocunque demum modo detrectat, quod alteri debet. *Quemadmodum* vero debitorum non una eademque est ratio; ita quoque varia de illis reperitur Juris dispositio. Sic favent Jura dolo deceptis *t. t. ff. & C. de dolo malo*; metu compulsis *t. t. ff. & C. quod met. caus. errore adactis*, quia non videtur, qui errat, consentire *L. nro. s. f. ff. de R. J. pupillis* &c. Discernunt quoque casus, num quis propria sua culpa, an vero casti & fortuna, maxime adversa, facultatibus lapsus aereque alieno pressus sit, ita, ut huic medelam quandam ferant, illum vero merito condemnent. Duo autem præprimis in foro civili prædicta sunt remedia, quibus summi Legislatores debitoribus, iisque sua fine culpa obæratis clementer subvenere; quorum alterutrum debitores ejusmodi in universum omnes, alterum vero certas tantummodo personas respicit. Illud sub nomine Cessionis Bonorum venit, insigniturque ab ipso Justiniano Imper. flebile adjutorium. *L. pn. C. qui bon. ced. poss. & miserabile auxilium L. nlt. pr. C. eod.* sed hujus loci non est; hoc vero *Beneficium Competentie* dicitur, & est idem illud, circa quod, tum generatim, tum in specie, quatenus Nobilibus conveniat, omnis inpræsentis labor occupabitur, quem sapientissimum, quod omnia moderatur, benigne dirigat Numen.

CAPUT I.

ib. I. Ius. Institutio. DE
NOTATIONE VOCUM BENEFICII ET
COMPETENTIÆ, EJUSQUE DEFI-
NITIONE.

THES. I.

Supervacaneum quidem videtur etymon singularum, quibus rubrica hujus dissertationis composita est, vocum signifikatim exhibere; quoniam vero plurimis hactenus edifferentibus (auctoritate forte Jcti illius Ulpiani L. 1. §. u. ff. de insp. ventr. L. 1. pr. ff. de J. & J. nec non L. 1. ff. de reb. cred. commotis) moris fuit: & ne reprehensionem eorum, qui rem, etiam in se manifestam, citra explanationem mancam & mutilam dicunt, temere incurram, breviter ea referam, que ad faciliorem rubricæ intellectum referri merentur.

THES. II.

*Etymon vo-
cis Benefic.* §. 1. Beneficii vocem, a beneficiando dictam, *Senec.* Lib. 1. c. 6. omnibus ferme purioris Romanæ literaturæ cultoribus & statoribus usitatam fuisse, nemo ambiget; reputatur enim non minus apud latinarum literarum omnisque elegantiae patrem in *Orat. pro Arch. Poet. Lib. 2. de Offic. &c.* quam alios probatae auctoritatis Scriptores. Nec ipsum Jus Roman. ab ejus usu alienum est, veluti patet ex L. 3. ff. de *Conf. Pr. §. 6. Inst. de hered. qual. & diff. L. 47. §. 1. & L. 49. ff. de J. Fisc.* nec non infinitis aliis locis.

*Varia ejus
acceptatio
n. De Jure
Civ.* §. 2. Varie vero in Jure nostro, pro varietate eorum, que rem circumstant, accipitur v. c. pro commido & lucro, L. 69. ff. de R. J. pro commodato L. 17. §. 3. ff. *commod.* pro benevolentia *ibidem*, pro facto & opera L. 46. pr. de furt. pro occasione L. 46. §. 1. de damn. inf. atque sic deinceps; ut plurimum autem idem denotat ac privilegium L. 68. de R. J. L. 38.

L. 38. ex quib. caus. maj. & L. 21. de testam. milit. quam quidem
significationem nostram facimus.

§. 3. Aliter longe Beneficium in sensu Juris Feudalis sumitur, utpote quo *narrat* εξοχήν ipsum designat Feudum 2. De Jure Feudali.
2. Feud. 1. §. Scilicet 2. Feud. 2. Feud. 52. &c. & non modo latinus feudi vocabulo dicitur, Struv. Synt. Jur. Feud. cap. 2.
apb. 1. sed & antiquius eo legitur, quemadmodum Magnif. Dn. Hornius Jur. Prud. Feud. cap. 2. th. 1. eleganter docet, nec non accurate ex Marquard. Frebero refert Struvius loc. cit.
p. m. 45.

§. 4. Hanc juris Feudalis significationem suam quodammodo fecerunt Canonistæ, quemadmodum ex Franc. Canon.

Duar. de Sacr. Eccl. Minister. Lib. 2. c. 14. apparet, ubi Beneficium sequentem in modum definit: Beneficium est res Ecclesiastica, que sacerdoti vel clericō ob sacram ministrum utenda in perpetuum conceditur. Idque ad differentiam bonorum allodialium, quæ etiam a Clericis hereditario possideri jure constat, Schiltz Inst. Jur. Canon. Lib. II.
T. 6. §. 4. ibique excitatus Bosquet ad Innoc. III. lib. 1. Ep. 17.

§. 5. Denotat porro Jure Canon. munus seu dignitatem Ecclesiasticam C. 1. de Reg. Jur. in 6. cap. 9. caus. 1. quasf. 3. pr. §. 1. & 3. &c. Utroque vero significatu venit cap. un. X. ut Ecclesiast. benef. sine diminut. confer. add. cap. 8. X. de p̄bend. & dignit. &c.

§. 6. Nos Juris Civilis juvat acceptatio, quatenus Beneficium idem designat ac Privilegium, prout ex p̄cedenti §. 2. f. apparet.

THESS. III.

§. 1. Expositionem vocis Beneficii excipit Competentia notio. Quam sequiori avo natales debere, nemo latini sermonis gnarus inficias iverit. Hinc nolim mireris, cur ejus usus a fontibus Juris nostri plane sit alienus, quid? quod neminem probatae fidei Auctorum habeat optulatorem.

§. 2. Postmodum vero usu receptum Romanæque civitati donatum fuisse, præter frequentem ejus usurpatiō-

A 3 nem

Beneficium
hic idem est,
ac privi-
legium.

Competen-
tia est voca-
bulum se-
quioris avi.
In Jure
nullibi de-
prebendi-
tur.

nem, Gellii, Scriptoris II. post natum Servatorem Seculi, confessos grands dictionnaires Historiques de Mons. Louys Morey & de Boyle voce Gellius, comprobant loca. Lib. i. c. i. & Lib. 14. c. i.
Noct. Attic.

Quid significet?

§. 3. Denotat autem Competentia Latio idem, quod Græcis η αγαλογία i. e. proportio seu convenientia; unde competentia fori nihil aliud est, quam convenientis, sive respectu personæ, sive intuitu rei cognoscendi & dijudicandi potestas. Utrum vero idonea hujus denominationis ratio reddi possit, eo minus dubito, quo magis res ea declaratur, vid. Manz. de Patroc. debitor. dec. 3. quest. i. n. 1. seq.

THE S. IV.

*Benefic.
Compet.
Definitio*

§. 1. Erit itaque Beneficium Competentiae privilegium personale, certis quibusdam personis indulatum, ut ne a creditoribus suis ad saccum & peram excutiantur, sed iis necessaria vitae subsidia relinquantur, praefixa tamen cautione de residuo solvendo, siquidem ad meliorem perveniant fortunam. L. un. §. 7. cum autem C. de rei uxori. act.

Genus

§. 2. Novi equidem, omnem in Jure definitionem dici periculosa, & parum abesse, quin subverti queat, L. 202. ff. de R. 7. Cum vero rei qualitas citra conceptum in mente recte formatum intelligi & dijudicari nequeat, opera premium duxi, descriptionem præmittere tractationi, quæ utrum adequata sit, nec ne, paucis examinabimus.

§. 3. Positum nimirum generis loco est Privilegium; eo quod non minus reciprocationem in eodem prædicamento admittit, latius patet, quam congrue eidem convenit, ut supra ex §. 2. & ult. Th. 2. pluribus appareret.

§. 4. Quem-

§. 4. Quemadmodum vero privilegiorum alia *Differ.*
sunt realia, alia personalia, adiectum *personale*, quod cum *Specif.*
sequentibus differentiam absolvit specificam.

§. 5. Quominus autem dubitemus, quod B. nostrum
C. privilegiis personalibus sit accensendum, exinde satis elu-
cscit, quia (1.) conditio personæ eidem locum facit, qui
ex mente Pauli JCti in L. 68. ff. de R. J. genuinus privilegii
personalis character est, add. L. 63. ff. pro Soc. (2.) ad here-
des non transfit, L. 12. ff. sol. marr. sed cum persona extingvi-
tur L. 13. ff. eod.

§. 6. Alia deinde differentia desumitur a *Subjecto*
passivo, quod quibusdam tantum personis iisque sua fine
culpa dolore obseratis, quæ generatim recensentur infra
c. 2. tb. 1. §. 3. hoc beneficium concessum esse dicatur.

§. 7. Alia denique dimanat a *Fine*, ne sc. ejusmodi
paupertate pressi nimis affligantur, sed in tantum saltem
condemnentur, in quantum facere possunt, h. e. ut neces-
saria virtus subsidia illis relinquuntur, L. 16. de Re jud. & 173.
de R. J.

§. 8. Quæ vero subsidiorum seu alimentorum nomi-
ne veniant, ex analogia LL. & arbitrio judicis, habita nimi-
rum conditionis, ætatis & valetudinis ratione, dijudicandum
erit. Quoties enim quid in Jure debetur, d. definitum non
est; toties arbitrio boni viri relictum videtur, arg. L. 5. §. 7.
& 12. ff. de alend. vel agn. lib. quam quidem materiam infra
tb. 4. tb. 3. fusi exponam.

§. 9. Tandem differentiæ vicem subit ratio a *forma*
desumpta, qua incumbit debitori cautionem, pro ratione
circumstantiarum, fidejussionariam, juratoriam, vel m. nude
tantum promissoriam præstare, de residuo solvendo siquidem
ad pingviorem perveniat forte c. L. un. §. 7. C. de rei
uxor. atq. quæ quantumvis de dote tantum restituenda lo-
quatur, ob identitatem tamen rationis ad omnes ejusdem
farinae debitores merito extenditur. Conf. Schneider. ad §. 38.
J. de act. p. m. 949. seq.

§. 10. Hoc

§. 10. Hoc nostrum Benef. Comp. vocatur alias. *Beneſic, deductionis Carpz. Part. I. C. 32. d. 18. n. 1.* Exceptionis quoque Competentiae sive in quantum debitor facere potest, nomine venit. *id. C. def. 18. num. 1. & Proc. T. 25. a. 16. num. 17.* ut-pote quæ Dd. sunt *lēodvrauſvta.*

CAPUT II.

DE

HIS, QUIBUS BENEFICIUM COMPETENTIÆ PRIMARIO CONCESSUM IN GENERE.

THES. I.

§. 1.

Premissis his generalioribus, sequitur nunc, ut videamus personas, quibus Beneficium illud vi LL. sive primario competit.

§. 2. Easdem varias in classes divisas reperimus, sed nobis illas ita exhibere placet, ut primo loco rationem habeamus arctissima necessitudine Conjunctarum, quibus subjeciamus Benefactores; deinde thoro sibi invicem conjunctos; hosque excipiunt Socii; denique sequantur misericordia præ ceteris digni, & tandem agmen stipendia armata sub militia merentes concludant.

THES. II.

I. Benef.
Comp. ob
necessitudi-
nem habent.

§. 1. Ominibus, quibus legislatoria clementia hocce Beneficium Competentiae indulgere voluit, palmarum merito præcipiunt arctissima sibi invicem necessitudine conjuncti, & ex his quidem in linea recta ascendentे & descendente comprehensi.

II. Parentes
utriusque
sexus.

§. 2. Sic competit Parentibus utriusque sexus, L. 7. §. 1. de obsequ. parent. praest. quacunque etiam actione a liberis suis conventis §. 38. 3. de act. licet mater tutelam gerens SCto Vellej. & omnibus ejusmodi beneficiis reuinciaciverit Covarr. 2. q. ar. resol. 1. num. 3. Strauch. Diff. 28. §. 11. p. m. 364. ne scili-

scilicet ultra id, quod facere possunt, teneantur, L. 16. ff. de re
jud. sed ut iis aliquid sufficiens relinquatur. L. 30. ff. eod. Hoc Ratio
enim naturalis vel maxime syadet ratio, ut ne iis omnia (a.)
præscindamus subsidia, quominus vivere & esse possint, a
quibus vitam & esse ipsi habemus; alimenta enim denegare
idem ferme est, ac necare L. 4. ff. de agn. & al. lib.

§. 3. Accedit præterea, quod parentes ad inopiam
redacti a liberis sint alendi, idque non solum ex natu-
rali æquitate & ratione, de qua Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 7.
§. 5. eleganter docet, sed & ex dispositione Juris Civilis
L. ult. §. 5. C. de bon. que liber. L. 5. §. 1. & 13. de agn. & al. lib.
Quare pietati magis consentaneum est, ut relinquantur ne-
cessaria parentibus subsidia, quam, iis assumptis, frustatim a
liberis repetantur.

§. 4. Pater ergo a filia ex capite promissæ dotis con-
ventus, non, nisi in id, quod facere potest, condemnandus. Quam in sententiam Ord. Facult. Jenens. de Jure Prajudic.
quondam respondisse, testatur Richter. P. 1. d. 25. num. 5. (a.)
Et parenti, quantumvis naturali, a filio infanti de alimen-
tis præstandis compulso, hoc subveniendum modo, ex
præjudicio ab eodem Richter. P. 1. d. 88. num. 33. seqq. allato,
apparet.

§. 5. Nec vero quicquam interessè puto, utrum ea, Parentum
quæ modo tradita, de parente proprie sic dicto, an quoque appellatio-
de Avo, Avia & sic deinceps in infinitum intelligantur, cum ne omnes
eadem utrobius subsist, & naturalis ratio, & alendi necessi- veniunt
tas, a L. 4. §. 1. & 2. ff. de in J. voc. & L. 7. §. 1. ff. de Obsequ. ascendentess.
par. præf. licet illud in dubium vocare audeat Urimius diff.
23. tb. 5. num. 28. Vitrico autem & novercae id beneficii ad-
scribendum non esse, cum Lauterb. diff. Acad. de Benef. Comp.
tb. II. seqq. verius duco.

§. 6. Idem quoque, quod de Parentibus fuse allatum, in Liberis pariter locum habere, nemo ambiget: quod enim in uno correlatiorum obtinet, in alio deficere haud facile videas. Conf. Manz. Comm. ad Inst. §. 38. de action. & Exerc.
16. tb. 8. lit. d. Impii enim forent parentes, & corvis ferocia

B con-

(b.) confimiles, qui proprios suos liberos facultatibus adeo ex-
uere vellent, ut ne remaneat illis, unde vivant. Nec vero
credo parentibus hanc suam acerbitatem fore proficuam,
cum & alendi liberos necessitas parentibus vel maxime in-
cumbat. *L. 8. §. 5. C. de bon. que lib. L. 5. §. 3. seqq. de agn. l.*
al. lib. &c.

*Utrum &
qua ratione
parentes li-
beris ali-
menta de-
bant.*

§. 7. Ast dixeris: nullam hic vere subesse obligatio-
nem civilem, cur parentes suos alere debeant liberos, pro-
pterea quidem, quod omnis obligatio descendit vel ex con-
tractu, eoque non minus quasi, quam vero, vel ex delicto
vero pariter, ac quasi? Verum enim vero, ut taceamus, quod
Juri Naturi magis consentaneum sit nihil, quemadmodum fuse
demonstrat, *Grot. I.c. L. 2. c. 7. §. 4. p. m. 522.* & quod *Valerio* vi-
detur: ac si parentes nos alendo, nepotum nutriendorum
debito alligarint; distingvendum (1.) arbitror inter sensum
vocis debiti strictiorem (quatenus accipitur pro ea obliga-
tione, quam inducit Jus expletorium) & remissiorem vel
laxiorem (ut significet id, quod, nisi inhoneste, omitti non
potest.) (2.) Largior equidem, debitum, seu onus alendi li-
beros neque ex contractu proprie sic dicto, neque ex deli-
cto quodam dependere, sed potius ex alio quodam fonte,
nimis ex ipso generationis facto, seu, quemadmodum,
L. 1. pr. ff. de obligat. & aet. dicitur, ex variis causarum figuris
proficiisci.

*Liberorum
nomine ne-
potes quo-
que conti-
nentur.*

§. 9. Quo minus vero dubitemus, quod *Liberi* hoc
Comp. Beneficio gaudeant, docemur ex *L. 30. ff. de re jud.*
arg. L. 18. C. eod. & L. 18. ff. sol. matr. Utrum autem soli primi gra-
duis liberi, an etiam ulteriorum hic intelligantur, non una
omnium videtur esse sententia: Vero similius & æquitati
magis consona appareat mihi opinio eorum, qui nepotes ab
hac positione minime excludunt, cum eadem pro his mi-
litet ratio, & filiorum nomine nepotes, quoties de eorum
favore queritur, sepius contineantur *L. 84. L. 201. &*
220. ff. de Verb. Sign. Nihil tamen præterea refert, sui sint, an
emancipati liberi.

THESS.

THE S. III.

Idem deinde favor erga *Benefactores* se quoque exerit, quorum ex numero primas merito tenent *Patroni*. Hi qui nam Romanis dicti fuerint, neminem, nisi maxime imperium, aut moderno hujus appellationis abusu deceptum, fugere potest; dicebantur enim *κατ' εξοχὴν* Domini mancipia ex dura servitute manumittentes, *Patroni*, quasi patres civiles, utpote quibus manumissi caput, seu vitam civilem debabant *L. 8. ff. de in J. voc. servitus enim mortalitati comparatur. L. antep. ff. d. R. J.*

*II. Benefactores
et iuribus debetur, ut
i. Patroni.*

§. 2. His itaque LLes Romanæ saluberrime prospexit, qui liberti, pristinæ memores munificentia, (libertas enim res dicitur inæstimabilis *L. 106. de R. J. L. 176. eod.* & omnibus rebus favorabilior est *L. 122. d.t.*) eos non, nisi in tantum convenire valeant, in quantum patroni facere possunt. *§. 38. J. de att. L. 17. ff. de Re Jud. & L. 49. eod.*

(a)

§. 3. Accedit quoque alendi necessitas *L. 5. §. 19. ff. de agn. l. al. lib.*, que libertis incumbit, quoties patrono facultatibus lapso necessariae vitae subsidia deficere incipiunt *Schneid. ad §. 38. Inst. de att. p. m. 954. add. Oldendorp. Loc. Com. att. dis. 14. num. 6.*

(b)

§. 4. Quæ vero de Patrono in medium prolata, intelligenda quoque sunt de Patrona *L. 52. de R. J. eorum liberis L. 17. ff. de re jud. & parentibus d. L. 17. ob eandem alendi necessitatem L. 5. §. 20. & 26. ff. de agn. l. al. lib., in gratia mentis tesseram, & quia eorundem persona liberto sancta semper & honesta videri debet L. 9. ff. de Obj. par. & patr. pref.*

*Patrone
quoque &c.*

§. 5. Idque *Libertos* eo magis debeat, quo certius constat, ad paria eos cum patronis judicari. Hinc Patronis versa vice integrum non est, pluris a liberto exigere, quam quod, retentis necessariis vitae subsidiis, honeste facere potest: Correlativorum enim eadem est consequentia *L. fin. C. de indit. vid. toll. & quod dicitur de uno, dicendum quoque est de altero Mynsinger. ad §. 38. J. de att. n. 5. add. Manz. de Patr. debit. dec. 3. quæst. 1. n. 31.*

*Huc spectat
quoque cor-
relatum, li-
berti.*

B. 2

§. 6. Nec

2. Donatori.

§. 6. Nec sane inferioris hoc casu conditionis in Jure reputantur *Donatores*; hi enim quoties ex causa donationis conveniuntur, toties per Rescriptum divi Pii tenentur, saltem in id, quod facere possunt *L. 12. ff. de donat.* *L. 28. ff. de R. J.* nec ulterius condemnandi *L. 19. ff. de re jud.* ne liberalitate sua inopes fieri periclitentur; *L. 50. ff. eod.* sed iis aliquid sufficiens relinquatur *L. 30. ff. eod.* idque deducto ære alieno, quod singulare & notatum maxime dignum est *L. 19. §. 1. & 49. seqq. ff. de re jud.*

*A quo cum
que denum
ex capite
donationis
convento.*

§. 7. Nihil vero interest, utrum donator compellatur ab ipso donatario, vel ab eius herede, vel denique ab eo, qui causam ab alterutro habet, cum nemo plus juris in alium transferre possit, quam ipse habet *cap. Nemo. 6. de R. J. in 6.* & mutatio creditoris non potest, invito debitore, eius conditionem deteriori reddere. *L. 156. §. 3. & L. 160. f. ff. de R. J.*

Carpz. 2. 17. 19. 4.

*Ejusque be-
redibus pu-
ta suis.*

§. 8. Perinde quoque erit, seu conditio, v.g. ex *L. 35.* de *donat.* vel actio constitutæ pecuniae, ex *L. 33. ff. eod. &c.* contra ipsum instituatur donatorem, vel eius heredes, putatis, *arg. L. 18. ff. sol. matrim.* utpote qui defunctum representant, pro quibus idem favor militat, maxime cum legitima iis salva manere debeat. *L. 2. C. de inoffic. donat.* Extraneis vero fasor esse, ut se potius ab ejusmodi hereditate abstineant, vel beneficio inventarii eandem caute adeant.

THE S. IV.

*III.
Conjuges eo
gaudent.*

§. 1. Thorum conjugalem porro hoc nostrum Competent. comitur *Conjugibusque* Lege concessum est. Idque non eam ob rationem, acsi Conjuges proprie sic dicta omnium bonorum societas intercederet, qualem, ut plurimis Germ. tractibus exulare testantur Dd; sic Saxones imprimis agnoscunt nullam, quod ipsum, pro more, eleganter contra *Gloss. Lat. Land. N. 31.* defendit, solideque adstruit, *Magnif. Dn. Bergerus, Preceptor meus pie semper colendus, in Elect. Disc. For. p. 423.* nec non *Refol. Lauterb. p. m. 284.* Sed ob mutuum reciprocumque affectum, reverentiam, *L. 14. §. 1. sol. matr.* & ne eis

eis vivendi copia una cum facultatibus afferatur, quibus corporis quandam copia haud facile fuit denegata.

§. 2. Quare *Maritus* ab uxore, de dote restituenda conventus, ad saccum & peram excuti nequit. Imo non tantum dotis nomine *maritus*, in quantum facere potest, condemnatur, sed ex aliis quoque contractibus, constante adhuc matrimonio initis *L. 3. ff. pr. de pec. cons. ab uxore* iudicio conventus, in quantum facere potest, condemnandus est ex *D. Pii Confit. L. 20. ff. sol. matr.*

Sive agatur
de dote re-
stit., five
ex quo cun-
que alio
contraactu,
constante
matrim.
initio.

§. 3. Quod adeo verum, ut, ex sententia Papiniani *JCTi*, non de quovis in hoc iudicio teneatur dolo, sed tantum de eo, quem propter uxorem adhibuit, ne ei solidum solveret. *L. 18. ff. d. t.* Et siquidem iudex ignorantia juris lapsus, in solidum condemnaverit maritum, doli exceptione eum uti debere, eaque tutum servari, constat per *L. 17. §. ult. sol. matr. dor.*

§. 4. Hoc privilegium personale quantumvis sit *L. 13. ff. d. t. & heredi* praestandum non esse dicatur *L. 12. eod.* imo heredes mariti, non in id, quod facere possunt, sed in integrum teneri *L. 24. §. 1. & L. 25. ff. de jud.* Nihilominus tamen illud per exceptionem a praedicta regula conceditur Beneficium Competentiae *Filiis*: utrisque communibus, qui patri heredes extiterunt, contra ipsorum matrem dotem repetentem *L. 18. ff. sol. matr.*

Quod & ad
Filios quo-
dammodo
extenditur

§. 5. Idem quoque obtinet, si *Mulier* ex dotis promissione convenitur *L. 17. §. 1. ff. sol. matr.* Hoc enim in persona mulieris æqua servari lance, æQUITATIS fUGGERIT RATIO, veluti Modestinus *L. 20. ff. de re jud.* concludit, quod ipsum de omni præter dotis promissionem, causa affirmat, & contra *Cujac. L. 24. Obf. 38.* gnaviter defendit *Finger. diss. de Benef. Comp. §. 15.*

Idem com-
petit Mu-
lieribus.

§. 6. Cum & *Soceri*, fiducia patrimonii amplam non nunquam promittant dotem, quam tamen viribus ejus postmodum recte examinatis, vel plane, non, vel haud sine evi-denti rei familiaris jaetura præstare valent, medelam huic malo Legislator clementer tulit, ita, ut a genero hac ratio-ne, constante adhuc matrimonio, conventus, non ultra fa-

Socero.

cultates damnetur *L. 21. & 22. ff. de re jud. add. L. 17. ff. solut.*
mar. quod ramen sublata, per dissolutionem vinculi conju-
galis, affinitate, paulo alter habet, d. L. 22. & L. pen. ff. de Jure
dor. Patri quoque mariti, quo cum nurus de dote agit, idem
debetur honor L. 15. §. ult. ff. sol. mar. quia parentis locum
focer obtinet L. 16. eod.

THE S. V.

IV.
Sequuntur
Socii.

§. 1. A societate conjugali convertor ad *Societatem ci-*
vilem, quæ bonorum audit. Quemadmodum enim illa
præter adjutorium, conjunctionem atque communionem
corporum involvit, sic hæc absolvitur conjunctione atque
communione bonorum, pro ratione societatis, vel omnium,
L. 3. §. 1. ff. pro Soc. vel quorundam, L. 5. ff. eod. vel denique
certæ cujusdam rei d. L. 5.

§. 2. Qui itaque dicto modo sua conferunt bona, di-
cuntur Socii & connumerantur iis, quibus JJ. Benef. Comp.
concessere, quoties a confocio conveniuntur, *L. 16. ff. de*
re jud. ne condemnentur ulterius, quam quod facultates
permittunt, L. 63. ff. pro soc. nec plus consequatur actor,
quam quod adversarius facere potest §. 39. J. de att., idque,
in casu d. L. 63. pro soc. deducto ære alieno.

Unius etiam
rei.

§. 3. Utrum vero hoc beneficium & bonorum sim-
pliciter, an unius quoque rei Sociis competat circa id
mirifice se torquent Dd. Cujus controversiarum fundamentum
jacent Leges superius cc. 16. ff. de re jud. & 63. ff. pro soc. sibi
invicem obstantes, quarum illa prius disertis verbis ait: hæc
vero posterius aperte comprobat, & parum abest, quin occa-
sione harum aliarumque inter se arietantium LL. ad castra
eorum me conferam, qui dari in Jure Antinomias gna-
viter defendant.

Conciliatio
LL. 63. pro
soc. & 16.
ff. de re jud.

§. 4. Nec credo genuinam conciliandi rationem in-
veniri posse, nisi ut dicamus (1.) Legem illam 63. pro soc. con-
venienter magis loco positam, hanc vero 16. ff. de re jud. fu-
gitivam esse. (2.) ut *Magn. Dn. Bergeri* verba in Resol. Laut.
ad Tit. pro Soc. quest. V. mea faciam: excludi solum unius
rei non omnino, sed quatenus contra eum ex alia, quam
socie-

societatis causa agitur, tum enim condemnari in solidum.
Accedit (3.) quod hoc beneficium socii ob imaginariam
fraternitatem concessum esse dicatur d. L. 43. quod ipsum
critirion perinde unius rei Socii, quam quidem omnium,
vel bonorum simpliciter, secum ferunt.

§. 5. Quicquid vero hujus fit, sufficit ajentem sententiam & benigniorem & usu fori probatam esse *Majer*, in *Coll. Argent. Tit. de re jud. n. 34. Lautrb. in Comp. Jur. Tit. pro soc. ibique Dn. Stryck. in Annot. & Pagenstech. manip. 2. sicil. 17. add. Struv. Evol. p. m. 319. & Manz. Patroc. deb. dec. 3. quæst. 1. num. 33.* Quod tamen intelligendum est de contractibus constante adhuc societate initis, non vero de debito soluta societate contracto arg. L. 84. ff. de *Jur. dot.*

THE S. VI.

§. 1. Denique sequuntur *misericordia pre ceteris digni*, ubi se primo omnium loco offerunt, qui flebile illud beneficium, bona creditoribus cedendo amplexi fuerunt. L. 4. & 6. ff. de *cess. bon.* Ratio hujus legalis misericordiae redditur §. ult. 7. de *act.* quia inhumanum foret, spoliatum fortunis suis in solidum condemnare.

V.
Ob Misericordiam concessum legitur.
I. iis, qui bonis cessit.

§. 2. Dices hoc per se manifestum esse, quia inanis vocatur actio, quam inopia debitoris excludit L. 6. ff. de *dol.* quis itaque adeo demens fuerit, ut ad faccum & peram excussum denuo conveniat? Sed distigvenda probe sunt tempora summæ egestatis & prosperæ supervenientis fortunæ: Absurdum equidem foret, mendicum ultra posse ad solvendum debitum obligare velle. Cum vero in fortuna & casu multa sita sint, & per rerum naturam utique evenire possit, ut pauper jure hereditario, detectione thesauri, vel alio quovis modo ad pingviorem fortunam pertingere queat, thesis haec nostra intellectu erit facilissima.

§. 3. Cessus itaque bonis, si quid postmodum acquisiverit, in quantum facere potest, convenitur, L. 4. ff. de *cess. bon.* quæ tamen juris dispositio non, nisi de debito cessionem præcedente, non vero postmodum contracto est accipienda. Quæritur autem, utrum ejusmodi debitor ab Utrum debitor ejus- omni-

*modi credi-
toribus qui-
bus cesso
bonorum
non innotuit
ad huc te-
neatur.
resp. negan-
do.*

omnibus securus reddatur creditoribus, an vero illis ad-
huc in solidum teneatur, ad quorum aures suscepit cessionis
rumor non pervenit? Et respondeatur secundum Sabin.
& Cassium: ne ab his quidem posse inquietari. d. L. 4. Ra-
tio decidendi consistit in vincibili & maxime culposa igno-
rancia, quae neminem salvum a superveniente damno præ-
stat. arg. cap. *damnum*. 86. de R. J. in 6. præsertim cum hodie
ad cessionis actum omnes omnino creditores, noti specifici-
ce & sigillatim, ignoti vero edicta iter citari soleant.

*a. Filio
exheredato
emancipato
qui paterna
abstinuit
hereditate.*

§. 4. Ob eandem misericordiae rationem hoc bene-
ficium *Filio* indultum, qui vel exheredatus fuit, L. 2. pr. ff.
emancipato, quod cum eo, qui in al. pot. vel emancipatus, d. L. 1. vel de-
niique paterna abstinuit hereditate L. 2. C. quod cum eo, qui
in al. pot. ne scilicet ex pacto vel contractu cum ipso in pa-
tria adhuc potestate constituto inito, ulterius, quam quod
facere potest, conveniatur, de quo videatur *Dissut. Inaug.*
sub presid. Magnif. Dn. Hornii defensa, de B. C. Civit. non comp.

*Ex minima
parte heres
instituto.*

§. 5. Quod & de Filio, ex minima parte heres insti-
tuto verum est. L. 2. & 4. ff. quod cum eo, qui in al. pot. Quæ
vero minima ejusmodi pars sit, non una omnium est op-
nio. Dionys. Gothafr. in Nor. ad c. L. 2. eam dicit, qua minor
est legitima. Secundum Brunnem. vero ad eand. L. 2. denot-
at ipsam legitimam hereditatis portionem, atque sic pro
numero liberorum, modo tertiam, modo dimidiā her-
editatis partem. Nov. 18. cap. i. Hanc tamen Brunnem. sen-
tentiam illa veriorem reputo, propterea quidem, quod li-
beri legitima regulariter privari nequeunt. L. 8. §. 6. & 8. de
inoff. test. L. 2. C. de inoff. donat.

*Hoc mori-
bus Gallor.
¶ c. exu-
tare, testa-
tur Gran-
weg.*

§. 6. Saluberrimo hocce Beneficio Gallorum alia-
rumque non nullarum dissitarum gentium filios haud juva-
ri, licet vel maxime exheredati & emancipati fuerint, he-
reditate paterna abstinerint aut denique minima ex parte
heredes scripti sint, sed nihilominus in solidum conveniri,
docet Granweg. de Legg. abrog. L. 2. & 9. C. quod cum eo,
qui in al. pot. num. 3. cuius rei fidem penes Auctorem re-
linquimus.

THESS.

THES. VII.

§. 7. Silentii tandem supparo premendi non sunt sti-
pendia armata sub militia merentes. Duum vero generum
Milites esse, sagatos atque togatos, in vulgus notum: nobis
jam sermo est de his, qui profitentur sagatam illam Militiam
& grande Martis opus, qui Rempl. ab omni hostili tutam
praestant insultu, pacemque suo redimunt sanguine. *L. 6. &*
18. ff. de re jud. De his vero, qui alias *Quasi Milites* audiunt,
ex instituto agetur *cap. sequ. tb. 5. seqq.*

VI.
*Idem deni-
que Benefic.
comperie
Militibus.*

§. 2. Et hi sane erunt, quibus vi Legum, seu primario
hoc nostrum Competentiae Beneficium concessum esse ar-
bitramur. Instituti nunc ratio fert, ut ad hos quoque per-
veniamus, quibus idem illud ex sententia LL. & benigna
earundem interpretatione, seu verbo, secundario tribuen-
dum esse credimus.

CAPUT III.

DE

HIS, QUIBUS BENEFICIUM COMPETENTIAE
SECUNDARIO TRIBUTUR, SIGILLATIM-
QUE DE NOBILIBUS.

THES. I.

§. I.

Dlsruimus tenuis hac copiose de personis, quibus Be-
nefic. hoc Compet. *primario* seu vi LLum debeat. Recensendae nunc ordine veniunt, quibus illud *secundario*
tribuamus.

§. 2. Omne enim Jus aut consensu fecit, quorsum spe-
stant omnes conventiones & contractus; aut necessitas con-
stituit, quo referenda omnia privilegia, tam favorabilia, quam
odiosa Legesque singulares, ad cuiusvis Reip. utilitatem ac-
commodeat; aut denique conseruudo h. e. usus & interpre-
tatio, firmavit; *L. 40. ff. de LL.* Nam haec eandem cum Lege
C. aucto-

*Jus unde
descendas.*

auctoritatem habet, L. 35. ff. de LL. tollit legem antea latam,
L. 32. f. ff. cod. interpretatur quoque eandem. L. 38. ff. d. r.

*Interpreta-
tio Ufualis,
qua ratione
differat ab
Authentica.*

§. 3. Quæ quidem interpretatio propterea dicitur Ufualis, & contradistinguitur tam Authentica, quæ ab ipso impletatur Legislatore, atque tum obtinet, quum vel Legis sensus plane ignoratur, vel dubius admodum redditur, per L. 9. & ult. §. 1. C. de LL. 5 quam doctrinali, quæ deficiente usuali, non ex literis, sed *xarà rò pntòv*, ex mente & sententia, vel etiam argumento Legum desumitur. L. 162. ff. de R. J.

*Restricitiva
quando lo-
cum habet;
Exrensiva
ubi obtinet;*

Hæc iterum est vel Restricitiva, quando sententia Legis angustior est verbis, cui locus maxime datur in odiofis atque Juribus correctoriis Franzk. ad T. n. de LL. n. 7. seq. Vel Exrensiva, quando mens atque sententia Legis suis latior pater verbis, quæ in favorabilibus regulariter obtinet.

*Hujus Fun-
damentum.*

§. 4. Exrensiva hæc interpretatio fundatur aut in Similitudine, aut, quemadmodum loqui amant, in Identitate rationis. Sic vi verborum XII. Tabb. introducta est agnatorum tutela, quæ parentibus postmodum ob similitudinem rationis tributa; Patronis vero ob identitatem ejus, quæ in jure succedendi confitit, imposita, quo de agitur t. t. J. de legit. Patr. & par. tur.

§. 5. Et benignæ huic interpretationi materia quoque de Beneficio Competentiae obnoxia valde fuit, ita, ut parum absit, quin iisdem ferme limitibus indigeant secundario huc translati, qui alias primario eo utentibus probe sufficiunt. Cum vero modum alii in extendendo hoc Beneficio nimis exceedere, alii autem in defectu hallucinari videantur, media nos, tanquam tutissima, via incedamus.

THES. II.

*Secundario
hoc Benefic.
competit ex
Cognatis.*

1.) Nepo-
tibus.

2.) Omni-
bus preter

§. 1. Eundem jam, quo proximo abhinc capite usus, ordinem, in enarrandis iis, quibus B. C. secundario trahitur, servabo. Primo itaque loco dicendi nobis anfam præbent arctissima necessitudine sibi invicem juncti, ex hisque Nepotes, quibus hoc privilegium adscribere nullus dubitavi conf. supra cap. 2. Th. 2. §. f. & omnes reliqui, præter propriæ sic dictos Parentes, Ascendentes, sive illi ab his,

sive

sive hi ab illis cotiveniantur, de quibus repetatur. §. 5. Parentes, ^{Afscendens-}
^{cit. loc.}

§. 2. Quos dein excipiunt Fratres arg. L. 63. ff. pro ^{3) Fratris-}
soc. & quidem propterea, quod in d. L. Beneficium Com- bus & Socie-
petentiae intuitu imaginariae fraternitatis Sociis concessum roribus.
videtur. Quare cum Harprecht. P. 2. diff. 21. th. 16. f. p. 1036.

sic arguo: propter quod unumquodque est tale, id magis Ratio.
est tale &c. add. Surd. de alim. c. i. quest. 78. n. 6. Meier. in ^(a)
Coll. Arg. de re jud. th. 34. n. 1. Manz. in Patroc. debit. dec. 3. q. 1.
num. 20. seq. quam materiam uberior expositam videbis in
Dissert de Benef. Comp. Civit. non comp. sub moderamine Magn.
Dn. Horn defensa. §. IX.

§. 3. Id quod eo minus dubium iis reddendum, quo ^(b)
magis constat, fratres etiam sooresve ad exhibenda sibi
invicem in casu summae paupertatis necessaria vita subsidia
utique teneri. L. 13. §. fin. de admin. tut. & L. 73. §. 1. de Jur.
dot. add. Maz. ad §. 28. Inst. de ast.

§. 4. Fratres vero sooresve hoc loco non minus ab ^{Etiatis si sine}
altero saltet latere junctos, quam quidem bilaterales in- ^{monoplevia.}
telligendos esse, cum Hillig. in Donell. Lib. 2. 7. 9. lit. Z. &
Umm. ad Process. diff. 23. th. 5. n. 28. arbitror, idque ob ean-
dem alendi necessitatem confer. Zorerus qu. 13. n. 131. ductoque
a Socio unius rei ad fratrem unilateralē argumento, a
qua tamen sententia recedit Lauterb diff. de Benef. Comp.
th. 31. Ulterius autem illud extendere, ob cessantem im-
primis alendi necessitatem, de qua conf. Müller. ad Struv. Ex.
30. th. 78. lit. E. p. m. 498. minime audeo.

§. 5. Conceditur quoque saluberrimum hoc Bene- ^{4. Patri}
ficium Patri naturali, seu potius, sublato dudum concubi- ^{naturali.}
natu, stupratori. Lippis enim & torforibus ferme no-
tum est, eum, qui solutam, citra datam de matrimonio
ineundo fidem, carnaliter cognovit, ad ducentam stupra-
tam vel dotandam eandem, alendumque partum, de jure
Can. pariter, ac hodierno teneri. c. i. & 2. X. de adult. Ele-
cto itaque hoc, evenire facile potest, ut post præstitam
vitiatæ dotem, ipsi tantum saltet remaneat stupratori, ut

se vix, ac ne vix quidem sustinere possit, queritur ergo, num nihilominus infanti spurio ultimum etiam obulum præstare, an vero in tantum saltem, in quantum citra egestatem facere potest, teneatur? Respondeo affirmando posterius, eo quod illegitimus quoque partus patri suo eundem de Jure Nat. reverentiam debet, quam quidem legitimus, L. 6. ff. de in J. voc. & LL. Rom. generatim de parentibus & liberis non exclusis naturalibus, loquuntur. Nec est, ut propterea multum conqueratur mater, siquidem ipsa alendi graviter onere, cum gnara debuisse esse paupertinæ ejus conditionis, quo cum more congregiebatur nefario. arg. L. 19. ff. de re jud. Quam in sententiam Ord. Jur. Facult. Jenens. de jure respondisse testatur Richter. P. 2. dec. 88. n. 33. seqq. p. m. 249.

Ratio.
1.
2.
Præjudic.

Domino
quoque Feu-
di tribui-
tur.

Ratio.
1.
2.

§. 1. Ad exemplum patroni concedunt quoque Dd. hocce Beneficium Domino Feudi, quia magna eum cum Vasallo intercedit conjunctio, refertque imaginem patroni, quemadmodum ex Duarenco colligit Mejer. Coll. Arg. ad L. 42. ff. de re jud. §. 34. pag. 1287. ne scilicet a vasallo creditore ultra id, quod facere potest, conveniatur. Strauch. Diff. 28. tb. 11. pag. 365. add. Dn. Stryck. Exam. Jur. Feudal. cap. 25. quest. 31.

§. 2. Alia quoque benignæ hujus extensionis ratio a necessitate alendi commode desumi potest. Constat enim inter omnes, qui Jus Feud. vel saltem e limite salutarunt, quod Vasillus feudi Dominum, in casu supervenientis inopie, alere ex feudo teneatur. 2. F. 55. §. firmiter &c. etiamsi hæc alimentorum præstatio dimidium cuiusvis anni fructuum absorbeat. Dn. Stryck. l.c. cap. 18. quest. 36. p. m. 308. Et quavis alimenta servitiis connumeranda haud esse, Struv. Synt. Jur. Feud. c. 11. apbr. 15. p. m. 417. ibidemque cumulatis Dd. videantur, egregie tamen a Magn. Dn. Hornio Jur. Feud. c. 18. tb. 19. p. 472. traditum, quod ad servitia, non quidem naturalia, sed substantialia utique pertineant. Hanc de cetero alimentorum Domino Feudi præstandorum materiam omnium

omnium optime exhibet Excell. Dn. Weisi Medull. Longobard.

c. 9. §. 9. seqq. p. m. 153. seqq.

§. 3. Quantum tamen memini, nemo tenus hac Dd. *Vasallo hoc*
correlativorum rationem habere, & Vasallum contra foli-*Benef. com-*
dum exigentem Feudi Dominum, hocce Competentiae Be-*muniter de-*
neficio ex instituto communire studuit. *conf. tamen Lauierb.* *negatur.*
de Benef. Comp. §. 23. Quid? quod Dn. Stryk. c. l. c. 15. qu. ult.
eundem hoc privilegio disertis verbis eximat. Cum vero *Cujus con-*
ad paria cum Domino judicentur *arg. 2. F. 26. §. Dominus. trarium*
ante pen. & §. 47. eod. Knoll. de servit. Feud. p. 2. n. 121. Jan. ab *porius de-*
Arce dura Concl. feud. VI., & ob fidem reciprocam 2. F. 58. Va-
fallus Domini conjux dicatur, Struv. c. l. c. 2. apb. 5. add. Ro-
senib. c. 1. concl. 2. n. 9. æquitati magis consentaneum erit, si
siquidem & hos Beneficio Competentiae dignos reputabi-
mus. conf. Manz. Patr. Debit. dec. 3. quæst. 1. n. 103. & 104.
pag. 39. seq.

§. 4. Ob eandem correlativorum rationem *Liberio Liberto et-*
quoque id Beneficii adscribere, nullus dubitavi, vid. su-*iam adscri-*
pra Cap. 2. thes. 3. §. 5. & multo magis, cum Dd. plerique *bitur. B. C.*
meis faveant partibus, quo de *conf. Schneider. ad §. 38. Inst.*
de att. p. m. 954. Petr. Müller. ad Struv. Exerc. 44. tb. 20. lit. d.
& ibidem excitatos.

§. 5. Quæ quidem sententia haud levi comprobatur *Ratio.*
argumento *L. 6. ff. de agn. l. al. lib.* ubi habetur, quod patronus
egeno liberto, non, nisi cum amissione omnium, quæ
eidem libertatis causa imposita, alimenta possit denegare.
Quoniam vero Jura facilius indulgent exceptionem, reten-
tionemve, quam actionem, *cap. 7. de Reg. Jur. in 6.* etiam
hic Liberto actionem contra Patronum, ad præstanta ali-
menta quodammodo habenti, Beneficii Compet. exceptio
deneganda haud erit. Quæ tamen doctrina, sublata ferme
inter Christi propugnantes castra servitute, parum prodest,
nisi, quod, ob identitatem rationis, ad glebae adscriptitios,
& homines quorundam locorum proprios utiliter applicari posset.

THE S. IV.

§. 1. Dictum supra cap. 2. tb. 4. §. fin., quod Parentes utriusque Conjugum hoc Competentiae Beneficio per Legislatoriam leventur clementiam, siquidem vel a Genero, vel a Nuru de promissa dote praestanda, aut praestita, soluto postmodum conjugalii vinculo, restituenda convenientur, quod ipsum ad quoscunque alios contractus, durante adhuc affinitate imitos, extendunt, *Donellus ad L. 20. ff. de re jud.* & *Mejer. Coll. Argent. de tit. n. 34.*, quibus tamen calculum adjicere, ob deficientem genuinam rationem, potius desisto.

Soceri ex
alio, pra-
ter dotis
causam,
contractu in
solidum re-
nentur.
Levantur
quoque de-
pauperati
bello, igne,
inundatione
vel nau-
fragio &c.
Competit
personis
mysticis.

Ut Civita-
tibus.

§. 2. Misericordia praeterea dignis, de quibus praec. cap. ib. 6. actum, debitores, qui Marti imprimis, Vulcano, Neptuno &c. adversam suam fortunam gratam ferunt, ob similitudinem rationis accensentur, de quibus ex instituto egerunt *Casp. Manzius Patrocin. Debitor.* a capite usque ad calcem, nec non *Benedict. Carpzov. in Aijo Debitor.* &c.

§. 3. Neque illos ulla dignos esse abominatione, qui eundem favorem ad Collegia, Civitates & Universitates extenderent satagunt, peruersum mihi habeo; nam licet ingenue fatendum, quod L.L. his & ejusmodi personis mysticis Beneficium Competentiae expresse nullibi concedant; sufficit tamen, quod earum favor tantus tenus hac fuerit visus, ut per L. tacitam constantemque fori usum hic pronunciandi modus in perpetuum ferme abierit, quo de testatur *Magn. Dn. Berger. Elect. Disc. For. I. 39. Obs. 7. not. 7. p. 1116. seqq.* & *Suppl. P. 1. p. 376. seqq.*

§. 4. Aequum enim vel maxime videtur, ne *Civitates* v.g. finamus communibus spoliari fortunis, ut postmodum reparandis moenii, reficiendis pontibus, viarum stratis, molendinis, cisternis, aquagiis &c. vacare sufficienter ne queant. *Manz. dec. 3. qu. 4. num. 138.* rationem quoque adjicit, quia ab his salus pendet civitatis & bonum publicum, quod privatorum actionibus & exactionibus merito erit praeferendum, arg. *Artb. Res. que C. comm. de legat. conf. Carpz. P. 3. dec. 278. ej. Aijo. debit. pos. 48. n. 257. seqq.* ubi habentur praejudicia add. *Salgad. in Labyr. Credit. P. 1. c. 24. num. 30. & 31.*

§. 5. Non

§. 5. Non abs re quidem est, quod non nulli Dd. facient monent: singulis in Rep. civibus incumbere, ut fisco subveniant pro facultatibus suis depauperato. Cum vero haec collectas decernendi, decretasque promovendi & exequendi ratio variis comiteretur incommodis, difficultatisbusque, atque perinde, ut ipsum Compet. Benefic., nullibi expressis LL. sit fundata, satius est subsidia Reipl. retinere integra, quam post vulneratam causam remedia querere.
arg. L. 1. C. quand. lic. quicq. sine jud. Et hanc quidem senten-
tiam summum Appellat Senatum pronunciando sequi, te-
statur *Magnif. Dn. Berger. ll. antea ee.*

Præjud.

§. 6. Sæpiissime etiam accidere solet, qui creditores, debitorum facultatibus minus confisi, securiores non nihil reddi cupiant, indeque postulent, ut in majorem crediti securitatem aliorum intercedat fides. Queritur itaque, utrum & quoque *Fidejussores* pro debitore ejusmodi privilegiato solvere teneantur? Videtur equidem, ac si fidejussor hoc loco a solvendi necessitate plane liberetur, quia non plus esse potest in accessorio, quam erat in debito principali; Jam vero debitum hic principale ulterius se non extendit, quam quod facere potest debitor: E. §. 5.
J. de Fidejuss. Accedit, quod in duriorem causam fidejussor nunquam sit accipiens, alias enim fidejussoffet nulla per L. 8. §. 7. ff. eod. Verum enim vero, quoniam Beneficium Comp. personale est, veluti supra longe lateque demonstratum *cap. 1. th. ult. §. 5.* atque adeo personam non egreditur; & siquidem obligationem principalem cum accessoria abstractive consideres, neutra alteri duriorem, sed æqualem esse apparebit: sequitur, quod fidejussor in solidum conveniri & condemnari possit, uti luculenter indicant textus *L. 63. pro soc. & L. 28. de re jud.*

*Utram &
quoque
Fidejussores
excutiendi.*

THE S. V.

§. 1. Excitat jam omnibus, quibus hoc, de quo agimus beneficium & vi Legum, & benigna Dd. interpretatione tribuatur, ad præfixum mihi scopum demum pertingo. Nihil itaque restabit, quam qui, obdurato juvenili in

*Nobiles Be-
neficio hoc
Comp. gau-
dere.*

in patientiam ferream animo, tibi B. L. pro virili exhibeam,
qua ratione Beneficium Competet. *Nobilibus* concedendum
maxime esse arbitrer.

§. 2. Nobiles itaque edifferendi ansam nobis praebent, de quibus non nulli asserunt Dd., quod iis quidem perfacile hoc beneficium, quo se erga quoscumque creditores a totali defendere possint executione, adscribatur, quare vero hoc, minime probetur. Et farenum mihi ingenue est, me, quantum quidem sacratissimarum Constitutionum tyroni cognoscere datum, nullum, nisi ruinosum valde & conjecturis magis, quam vi verborum fulcitur hujus doctrinæ fundamentum, in vasta alias LL. mole conspicere potuisse, ita ut & mihi, citra exprefsam sanctio-
nem loquenti, erubescendum merito esset. *Nor. 18. c. 5.*

§. 3. Cum vero, ut in omnibus, ita in Jure æquitas maxime spectanda; *L. 90. ff. de R. J.* & rapienda dicatur occasio, quæ benignius præbet responsum, *L. 168. eod.* nullus omnino dubito, quin & huic sententie tantum rationis, tantumque auctoratis magni nominis JCtorum conciliari possit, ut Nobilibus Benef. Comp. non, nisi temere, dene-
gare queas.

*Probatur
I. ex Jure
Civ.*

*Nobiles Mi-
litum voce
Sepulchro
venimus.*

§. 4. Primum, quod pro asserenda & probanda nostra sen-
tentia adferimus argumentum, desumtum ex ipsis Juris Civ.
fontibus, utpote cui universam de Benef. Comp. materiam na-
tales debere, nemo ambiget, speciatimque ex *L. 18. ff. de re
jud.* ubi dicitur, quod milites eatenus fâltem, quatenus fa-
cere possunt cogantur solvere. Cum vero *Militis* appella-
tione eodem Jure *Nobilis* sepe numero intelligatur, &
privato civici ordinis multoties opponatur, veluti videre
est ex *L. 2. C. ui* nemo privat. ibi: *Si plebejus est, ultimo subdi
supplicio: si clarissimus, vel curialis, vel Miles*, i. e. quod con-
textus innuit, *Nobilis*. *L. 7. f. ff. de incend. ruin. naufr.* ibi:
aut Militem, aut privatum &c. L. 1. pr. C. quando lic. uni &c.
ibi: *quicunque Militum vel privatorum &c. L. 20. C. de restam.*
ibi: *omnibus enim privatis & Militibus interdicimus. L. 5. C. ad L.*
Jul. Maj. ibi: *quisquis cum Militibus vel privatis &c. corf.* *Jaco.*
Gotbofr.

*am,
um
ræ-
em
di-
ur,
hihi
on-
no-
ci-
ole
io-
tas
ca-
lus
is,
ari
ne-
n-
iv.
na-
re
fa-
&
re
di
n-
ij:
c.
m.
L.
sc.
fr.*

*Goþofr. ad b. l. cap. 10. L. 8. C. de pœn. & repetitis vicibus
L. 8. ff. de Excus. tut. aliisque pluribus locis, quorum non-
nulla annotata reperies ap. Tiraquell. De Nobil. T. 1. cap. 8.
num. 3. p. m. 40. Nobiles quoque per Militum notionem
commodo hic intelligi posse, non multum est ambigendum.*

*§. 5. Aſt dixeris forte, hanc noſtrā doctrinā ſalva
c. L. 18. analogia, trutinataque verborū: qui ſub armata mi-
litia ſtipendia meruit, emphasi, conciliari ſibi neutiquam po-
ſſe, licet vel maxime concedatur, quod Nobiles Militum
appellatione plus una vice in Jure veniant, eo quod al. L.
de militibus in ſaga conſtitutis exprefſe agit. Verum enim
vero, dubio huic ex aſſe ſatisfieri poſſe, totus confido, ſiqui-
dem. 1. Diftingvamus inter verba Legis reſtrictiva ſeu ex-
clusiva, &, quemadmodum loqui amant, exemplificativa:
hæc noſtra L. non eſt accipienda reſtrictiva, aſci de Militi-
bus proprie ſic dictis LLatori unice fermo eſſet, nec exclu-
ſive, aſci omnes alii, præter hos Milites, huc non ſpectarent;
ſed exemplificativa, ita ut, poſita una Militum ſpecie, altera
protenus non excludatur.*

*§. 6. Quod 2. probo per instantiam: Nonne verum
quod in L. 16. ff. de re jud. ſocio hoc, de quo impreſenti
agimus, beneficium confeſatur, appoſitis tamen verbis:
Socius autem omnium bonorum accipiendo eſt. Sed quero ex-
te, numne idem favor, unanimo omnium ferme Dd. con-
ſensu, ad ſocios unius quoque rei ſit extenſus? repet. ea, que
ſuperius cap. 2. tb. 5 §. 3. fuſe allata.*

*§. 7. Accedit 3. insignis favor, utpote qui potius ex-
tendendus, quam nimis reſtringendus eſt, cap. 15. de Reg.
Jur. in 6. Et hæc quidem erunt Juris Civ. adminicula, quæ
inſtituto noſtro opitulari videbantur.*

THEſ. VI.

*§. 1. Secundo plurimum huic noſtro themati ſplendoris
aequa, ac autoritatis foeneratur ipsum Jus Canonico. Nam li-
cet materia de Benefic. Comp. Juri Canonico non perinde,
atque Civili curæ ſit, ſuffici tamen, quod LL. civiles non de-
dignentur ſacros Canones, c. 5. X. de ſecund. nupt. & cap. 8. X. de
D*

*II.
De Jure
Canonico.*

Judic. & quod ex subsidiaria, multoque antiquiore in foro Germ. receptione, eadem cum Jure Civili Rom., tantum non semper, veneratione servetur. Ex cuius *cap. cum essent. 12.* *X. de simonia*, luculenter apparet, voces *Nobilis* & *Militis* synonymous, aut minimum, promiscue in Jure adhiberi, quia id, quod initio de Nobili dictum, de Milite statim repetitur, quo cum conspirat *cap. ex literis. 7. X. de Jur. patron.*

III.
De Jure
Feudali.

§. 2. Causam Tertio nostram quoque orant *Confessio-*
tudines Feudales. Nemo enim harum gnarus inficias ire poterit, quod *Miles Juris Feudalis* compilatoribus, Gerhard. Nigro forte & Obert. ab Orto, *vid. Inscr. 2. F. 1.*, idem vere significet, ac *Nobilis Vasallus*, quod ipsum evidenter satis apparet *ex 1. F. 22. vers. 1.* ibi: *Sanicinus, ut nemo Miles ultra annum & mensē vadat, ut investitum beneficii sui filio,* vel successore domini petat, conf. vers. 2. & 3. *1. F. 21.* ibi: *Sanicinus, ut nemo Miles sine cognita culpa beneficium suum amittat.* *2. F. 22.* ibi: *Dominus vocat Militem, qui ab eo feudum possidebat &c.* & sic deinceps.

IV.
Illustratur
ab Exemplo

§. 3. Elegans quoque ejusmodi usurpationis exemplum suppeditat Sigismundus Imperat., a quo, cum Georgius quidam Fiscellus, LLum Doctor, equestris ordinis insignia suscepisset, in Synodo Basileensi, consultante de rebus arduis Sigismundo, dubitante illo, utrum Doctoribus, congregatis in uno loco, an Equitibus in alio se adjungeret; cum tandem ad hos inclinare videretur, *stulte agis*, inquit Imperator, qui literis militiam presers: *Nam ego Milites una die mille fecerim; Doctorem mille annis unum non fecerim, idque ex fide Marqu. Freberi ad Petr. de Andl. L. 2. c. 13. verb.* utrum Doctor Militi. p. m. 198.

V.
Ab Aequi-
itate.

§. 4. Quintum dein, quod pro nostra adducimus sententia, momentum consistit in summa *Aequitate*, ut in dubio hoc & valde anticipi Jure benigniora praeferamus asperis. *L. 56. & 92. ff. de R. J. Maxime*, cum Nobilibus favendum semper sit secundum *Cicer. pro P. Sept. Omnes*, inquietum, boni semper Nobilitati favemus, & quia utile est Reipl., *Nobiles esse homines, dignos majoribus suis.* Et paulo ante: *No-*

bilita-

bilitatem blandam conciliatriculam appellat. Et quid, quæso,
exteri de civici & rustici ordinis incolis demum sentirent
siquidem Nobiles nostros facultatibus adeo spoliare velle-
mus, ut mendicitarit se dedere & panem in terris plane ex-
teris, propter DEUM, miseri querere necessum habeant.

§. 5. Quo minus denique benignæ huic sententia dif-
fidam, firmant me Sexto non pauci, eique JCtorum
Principes, & plurima literarum monumentis consignata
præjudicia. Faventium partibus nostris Dd. potiores hi sunt:

Tiraquell. de Nobilit. c. 20. n. 142. Jason. ad §. Item si de dose. 37. Dd. can-
Inst. de Aet. Limne. Lib. 6. c. 4. n. 59. Wesenb. P. 1. Conf. 50. n. 19.
seqq. Richter. P. 1. dec. 24. n. 6. Carpz. P. 1. Conf. 32. def. 15. &c. tiam pro-
In Proc. tit. 25. art. 6. n. 35. In Asylo debitorum post. 76. n. 352. Mar-
tini ad Ord. Proc. Sax. Tit. 39. §. 4. n. 59. Mev. in dicuss. levam. inop.
debit. c. 5. n. 108. seq. Struv. S. J. C. Ex. 44. ib. 20. & Müller. ad
b. l. tit. μ. Tom. III. p. 225. col. 2. Dn. Stryck. Annos. ad Lauterb.
Tit. quod cum eo, qui in al. pot., voco Competentie. p. m. 421. nec
non Magnif. Dn. Berger. Elekt. Dist. For. p. 116. seq. & Suppl.
ad b. l. P. 1. p. 380. seq. aliisque plures.

§. 6. Hancque in sententiam sepe numero judicatum
fuisse, testantur Praejudicia apud Carpz. P. 1. Conf. 32. def. 15.
n. 4. P. 2. C. 22. d. 18. & Conf. 18. d. 6. &c. occurrentia & novissime
in laud. Elekt. D. F. Magnif. Dn. Berger. c. l., ubi refert,
summum Appell. Senat. Anno 1700. Conf. hybern. hoc pro-
nunciandi stylo usum fuisse. Eandem in sententiam Colleg.
Facult. Vitemb. ivisse M. April. 1686. in causa contra Valent.
Melch. von Hausen & brevi eodem modo pronunciaſſe, in
causa derer Fugmannschen Erben / contra Arnstadt / ad in-
terrogationem Präf. Belzigiens., memorat idem Dn. Berg. P. 1.
Suppl. p. 380. seq. ita ut ex allatis argumentis, rationibus, au-
toritate atque præjudiciis facis superque appareat, quod
Nobilibus Benefic. Competent. non, nisi temere amplius
denegetur.

VI.

VII.
Praejudicia.

THE S. VII.
§. 1. Tria vero communiter statuunt Nobilitatis ge- Nobilitatis
nera: Natalium scilicet, Honorum & Divitiarum de quibus Genera.
D 2 vid.

vid. *Tiraquell. d. Tr. c. 3. num. 3. p. m. 16.* Cum tamen posteriora duo veram & proprie sic dictam, de quo nobis hic sermo est, Nobilitatem minime sapiant, prior paulo penitus examinanda remanet.

Definitio.

§. 2. Definitur autem hæc Nobilitas Natalium: quod sit dignitas excellens, a persona Majestatem habentie, ob virtutes, presertim bellicas, collata & privilegiis confirmata, sive, quæ eodem recidit,: Est qualitas illata per eum, penes quem summa in Repl. est potestas, qua quis ultra honestos plebejos acceptus offenditur, quam quidem posteriorem suam olim reddiderunt Guid. Pap. dec. 196. & Imo in c. 28. X. de præbend. Hac Nobilitate pollentes dicuntur Græcis οἱ ἐγγεές. Quare vero Gallis Gentilis homines vocitentur, refert quodammodo *Tiraquell. de Nobilit. c. 2. n. 53.*

Divisio.

§. 3. Quali demum cunque ratione dividas Nobiles, sive ratione ordinis, in Nobiles proprie sic dictos, &, quos alias non levis intercedit discrepantia, Equites; sive respectu terrarum & competentia fori, in Schriftfassios & Amtfassios; sive in Imperio Romano German. in Immediatos & Mediatis, omnes tamen hoc spectare & Benefic. huic pares esse, arbitror.

Analogia.

§. 4. Imo licet multiplex Nobiles analogia intercedat, ita, ut non modo Barones, Comites, Palatini Marchiones, Duces, Episcopi atque Archi-Episcopi Nobilium denominatione comprehendantur, 2. F. 52. sed & Cæsar, seu, pro facie Imperii nostri Roman. German., Rex Romanorum, Nobilis appelletur vid. *inscript. L. 3. C. qui bon. ced. L. 11. C. de transact. nec non L. 15. C. de patr. qnid?* quod Imperator Augustus ipse Nobilissimus olim nuncupatus fuerit, ut patet ex L. 3. ff. de metal. restit., omnibus tamen idem, de quo nunc agimus Beneficium sufficere reor, argumento videlicet a minori ad majus ducto. Obiter saltem moneo, quod Jus Saxon. hos dignetur Nobiles, qui geniti patre avoque milite i. e. Nobili, *Martin. Coler. P. 1. dec. 203. num. 27. Struv. ad Martin. de Success. pag. m. 480.* ibique excitati.

§. 5. Et

§. Et quamvis adeo facile evenire haud possit, ut p̄dicti Nobiles, in sc̄enam ejusmodi debitorum prodire queant, utpote cum Majoribus illis infinitæ patrimonialium, domanialiorum, publicarum reddituum, & his de-mum deficientibus, subditorum suppetant opes; Inferiorum vero seu proprie sic dictorum Nobilium promissa pro factis habeantur, ut eleganter scribit *Andr. Ifer. in c. 1. vers. hoc intelligendum &c. tir. qui succed. tenent. conf. Tiraquell. l.c. cap. 20. num. 23. p. m. 68.* atque sic, subseguente promissa solutione, debiti nihil remanere potest.

§. 6. Accidere tamen potest, qui & Principes regionibus suis exuti, peregre abire, & solium exilio commutare cogantur. Cujus rei notabilia proximo ab hinc præterlapso Seculo dederunt exempla, Fridericus V. Palatin. ad Rhen. & Jacob. Magn. Britan. Rex; Imo quod adhuc præbent felonias damnati Coloniae & Bavariae Eleætores, idem ut & Philippo Andium duce proxime eveniat, omnes uno ore ac corde pie obtamus. Multo autem minus inferiorum gentium Nobiles a debitibus, facultates vel par existentibus, vel plane superantibus, semper & ubique cavere sibi poterunt, cum in casu & tempore multum sit infortunii situm.

§. 7. Idque haud secus esse varii hinc inde occurrentes comprobant casus, qui & ansim ex parte nobis de hoc Benef. edifferendi dederunt. Exceptionem præterea in Nobilibus Marchico Brandenburg. hanc nostram benignam interpretationem notabilem sentire refert *Dn. Stryk. in Not. ad Lauterb. Tit. quod cum eo, qui in al. pot., voce Benefic. Comper. p. m. 421. add. Brunnem. ad L. 6. & 18. ff. de re jud.* Quid vero Nobilibus, habita ratione dignitatis, ætatis &c. &c. sufficiens sit relinquendum *cap. 4. lib. 3.* uberiorius exponemus.

*Excipio-n
tur Nobiles
March.
Brandenb.*

THES. VIII.

§. 1. Posteaquam rationes pro afferendo Nobilibus hoc privilegio sollicite conquisitæ, idem quoque laboris pro vindicando illud Doctoribus, & qui horum privilegiis gaudent, non nihil uberiorius suscipere constitueram; Cum vero

vero eadem quoque argumenta, quæ proximis abhinc thh. concinnavi, huc pene omnia quadrent, reliqua vero Dd. passim egregie deducant, metuendumque sit, ne hic, qualis, qualis labor ultra modum excrescat, vela paulatim contraham, & ea, qua fuse proferre impediatur, qua quidem festinatione fieri poterit, breviter expediam.

*Hoc Benef.
quoque tria
buitur.*

§. 2. Quod igitur hoc Auxilium Dd. Juris competit, dicunt plerique: rem aſſe claram, nullumque dubium *Carpz. P. 3. d. 269. n. 19. seq. Berlitz. P. 1. Concl. 80. n. 52.* Idem vere juris in reliquis quoque Dd. uſi venire, vix est, ut dubitemus, quia eadem hic utrobique est ratio, quare *Dd. & Theologie & Medic.* hoc ipsum aperte tribuunt *Carpz. d. def. 18. C. 32. P. 1. Richter. P. 1. dec. 24. n. 2.* ubi quoque rationes dubitandi mafculē refutat. Theologos enim non, niſi in id, quod facere poſſunt, condemnandoſ eſſe appetet ex *c. 3. X. de ſolut.* Medicorum vero partes quodammodo defendit. *L. 9. C. de prof. & Med. add. Carpz. c. 1. & omnino Manz. dec. 3. queſt. 1. n. 79. ſeq.*

Advocatis.

*Professori-
bus, Schol-
arch. &
Magiftr.*

Consiliariis.

§. 3. Hoc autem, quod de Dd. dictum, non præcise accipiendo, acſi reliquis, qui gradum hunc nondum adepti ſunt, minime conveniret, fed Clericis in genere idem illud Beneficium competere, liquet ex Præjud. Lips. apud Richt. P. 1. d. 24. n. 4. Advocatis quoque, quorum panegyricum, literarum monumentis conſecratum, vide in *L. 14. C. de advoc. diu. jud.*, prædictum Auxilium merito prodeſſe, docet Coler. de Proc. Exec. p. 2. c. 3. n. 119. *Carpz. d. p. 1. C. 32. d. 18. n. 6. & Müller. ad Strauß. Ex. 44. th. 20. lit. r. p. m. 225.*

§. 4. Imo ad Professores Scholarchas & Magiftrōs benigna haec interpretatio ſe quoque porrigit, quod ipſum teſtantur Horat. *Lucius in Tr. de privil. Scholar. privil. s. Philipp. Lib. 4. Ecl. 60. n. 14. Cevall. Lib. 2. pr. queſt. 477. Mejer. Coll. Argenſt. ad Tit. de re jud. n. 34.*

§. 5. Silentio quoque prætereundi non ſunt Consilia-
rii, quibus hoc, de quo agimus, Beneficium communiter
adſcribunt. Nec defunt plures perſonæ, ad quas ſe multo-
rum interpretatio, valde audax, nimium extendit. Cum ve-

19

ro Lege non modo, sed & genuina sepe destituantur ratione, prætereaque nullibi gentium vestigia quædam reperiuntur, quod harum pronunciando ratio fuerit habita, fidem penes suos relinquimus auctores. De cetero nostrorum nunc erit partium, brevissimis adducere, qua ratione, & quomodo calamitosi nostri debitores in jure & judicio defendere se queant.

CAPUT IV.

DE

EXCEPTIONE COMPETENTIÆ EJUSQUE REPLICIS ET CONTRARIIS.

THES. I.

§. 1.

L Eges vigilibus scriptas esse, docemur ex L. 24. f. ff. que *in fraud. cred. & Jura*, quæ partium sunt, judex regulariter non supplet arg. L. 4. §. 8. de dam. inf. sed quilibet ipse commendo suo invigilare, & siquidem hoc se beneficio juvari intellegat, idem illud, appositis sufficienter rationibus, tempestive allegare, atque petere debet, ne ultra id, quod facere potest, condemnetur, sed sufficientia ipsi vitæ relinquuntur subsidia.

§. 2. Hicce allegandi modus *Exceptio Competentia* communiter audit; quo nomine alias veniat dictum supra C. 1. T. 4. §. 8., & deduci cum effectu in judicium, non minus in ipsa executione, vid. Carpz. P. 1. C. 32. d. 15. num. 9. ibique præjudicium, quam lite quali etiam cunque modo contentata. Quæ definiri potest: *Jus personale, certis quibusdam debitoribus competens, ad elidendam, in tantum, creditorum intentionem, in quantum circa egestatem reus facere non potest.* *Exceptio Competentia.* *Definitur.*

§. 3. Utrum vero hæc exceptio dilatoria, an peremptoria sit annumeranda, in tres, easque a se invicem diversas, Dd. hic abeunt sententias. Docet enim (i.) cum Donello *Utrum sit dilatoria, an Peremptoria.*

Zan-

Zangerus de Except. p. 2. 13. n. 1. seq. hanc esse dilatoriam, propter ea quidem, quod obligationem & actionem residui non extingvit, sed sartam testamque conservat. His (2.) e diametro repugnant ea, quae tradit Joh. Uffel. in Not. ad Covarr. L. 2. var. Refol. c. 1. n. 4. docens, quod falsa exceptionum natura, haec nostra non, nisi peremptoria esse possit, eo quod non perinde, ut dilatoria ante litem, qualicunque demum modo, contestatam cum effectu opponi potest, sed omni, lite contestata, tempore, in ipso etiam executionis actu, locum sibi vindicat, quemadmodum diximus. (3.) Media vero, eaque, quantum mihi videtur, tutissima incedunt via, qui cum Schneider. ad §. sunt præterea 36. J. de act. n. u. ad utrumque exceptionum genus eandem, pro alia, atque alia interpretatione, referunt.

Differentia
inter Excep-
tionem dilato-
riae & Pe-
remtor.

1.

2.

3.

Quaratio-
ne utrisque
accensenda.

§. 4. Ante vero, quam haec plenius examinemus, paucis saltim praincipia, quibus exceptiones, Dilatoria a Peremptoria distingvantur, criteria notare licebit. Dilatoria seu temporalis, Germ. eine verfügbliche Schutz-Rede / opponenda (1.) est ante litem pure contestatam Or. Pr. Sax. Tit. de Except. XI. §. Alle Exceptiones dilatoria &c. Peremptoria vero, Germ. die zerstörliche Schutz-Rede / contestata regulariter pure vel eventualiter saltim lite: in Sax. tamen Elector. ipse litis contestationi omnes peremptoria statim annexenda. O. P. d. T. §. Was aber die Peremptorias. (2.) differentia desumitur ab Effectu Dilatoria enim exceptio efficit, ut reus vel ab instantia liberetur, vel ut totalis tantisper differatur, donec huic factum. Peremptoria vero operatur, ut reus ab instituta actione simpliciter, vel secundum quid, v.g. si actor in modo probandi defecerit, alia tamen ratione, intentionem suam fundatam dare possit absolvatur. (3.) Dilatoria, qua dilatoria, per modum actionis in judicium deduci nunquam potest: quod tamen in plerisque Peremptoriis usum venire solet.

§. 5. Videamus nunc, qua ratione Exceptionem Compet. utrisque accommodare possimus. Dilatoriis eadem accedit, (a.) quod nimur obligationem quoad resuum

duum differat, donec reus ad meliorem pervenerit fortem. (β.) quod per modum actionis intentari nequeat. Participat vero de Peremtoriis (α) quod, lite demum contestata, opponi cum effectu possit. (β) Tollit actionem, puta ex accidenti, siquidem debitor paupertinae fortis in egestate moriatur. Verbo: Exceptio Compet. est dilatoria, sive temporalis: respectu obligationis *L. un. §. cum autem. 7. C. de rei uxori. ad.* Peremtoria autem: quoad Processum, seu fatale oppositionis *L. 2. C. sens. ref. non poss. conf. Schneidew. l. c. p. m. 950. add. Straub. differt. ad Inst. 23. §. 7. p. 306. s.*

§. 6. Nihil praeterea interest, utrum reus ipse in iudicio agat, an vero per procuratorem se defendat atque excipiat *cap. potest. 48. de R. J. in 6. de quo h. l. eo minus dubitandum*, quo certius illud constat per expressos textus *L. 14. pr. ff. sol. matr. & L. 63. ff. pro soc.* Idque in defensore quoque obtainere, ex cc. LL. apparet; Nam licet non nulli statuant, integrum semper a defensore, cuius gesta reus postmodum non agnoscit, esse solvendum, ab hac tamen sententia fori dudum recessit usus, & benigniorem elegit, quam nimur defensor, seu quasi procurator, in id saltē condemetetur, in quantum ipse principalis facere potuisse, uti docet, *Magn. Dn. Berger. in Refol. Lauterb. Tit. de procurat. veribus: modo cautione de rato &c. p. 92. seqq. add. ejus Elec.*
Dist. For. p. 234. seqq.

THE S. II.

§. 1. Quoniam autem ad hanc Exceptionem nemo confugeat, eaque necessaria sibi vitæ subsidia conservare potest, nisi cautione, de residuo debiti præstata, quam primum ad pingviorem fortuna eum evexerit fortem, solvendo, nunc quoque de cautione hac erit dispi ciendum.

§. 2. Cautio, quæ hoc loco præstanta, nihil aliud *Cautio re est, quam satisfactio, per quam creditor, de debito residuo, secundum. fiduci. rus eventualiter redditur, L. 1. ff. qui sat. cog. Franz. ad b. t. mum. 3.* Queritur vero, quānam hic præstanta veniat cautio, fidejussoria, pignoratitia, juratoria, an nude tantum.

E pro-

promissoria? & responderetur, hanc posteriorem regulariter
subintelligi L. 3. §. 4. ff. pro soc. quia in L. un. §. 7. C. de rei uxori.
act. cautio simpliciter desideratur. Quoties autem in Jure
de cautione simpliciter praestanda mentio fit, toties nude
tantum promissoriam sufficere constat L. 3. C. de V. S. & R.

§. 3. Quemadmodum vero non omnes ejusmodi debi-
tores calamitosi, eodem creditoribus suis genere sunt con-
juncti, vel necessitudine eos plane non attingunt, nec ejus-
dem quoque dexteritatis sunt, pro varietate eorum, que
rem circumstant, aliam quoque debitori, arbitrio boni vi-
ri, injungi posse cautionem, superius dictum C. i. Th. ult.
§. 10, qui hominum malitiis non est indulgendum, plusque
cautionis in re habetur, quam in persona L. 25. ff. de R. 7.

§. 4. Dixeris forte, hoc per se manifestum quidem
esse, quod quis pignoribus aut fidejussionibus securior redi-
tatur, nuda verborum fide, valde vero verendum, ne fa-
cile quisquam reperiatur, qui mendico ejusmodi pignora
suppeditet, vel fide sua eum intercedat. Scias tamen, dexter-
itatrem aliis, praeter creditores, uberioris notam, calamitoso
debitori eandem non nunquam fiduciam conciliare, fami-
liaresque ipsius eo alicere posse, ut libentius ejus nomine
fidejubeant. Et quamvis hoc rarius accidere, ipse perfa-
cile credam, alia tamen adhuc cautionis species supereft,
scilicet juratoria, quam, praesuppositis terminis habilibus,
urgere quilibet posset.

§. 5. Quo vero tempore constare debet, utrum sol-
vendo sit debitor, nec ne, an contractae obligationis, in-
stitute postmodum actionis, an tempore demum rei judi-
candae? respond. posterius regulariter esse attendendum
L. 7. ff. pro soc., in fine enim optime videtur, cuius toni.
Ubi tamen nihil interest, num quis facultatibus in tantum
lapsus sit, ut totum praestare nequeat, an vero in tocum,
ut ne obulum quidem reddere valeat, quia minus debitor
tribuere videtur, etiamsi nihil tributum sit, L. 7. §. 2. ff. de
tribut. act.

-019

§. 6. Act

§. 6. Ast inquies: hæc secus forte in Saxon. servantur,
quia eo Jure cautum, ut debitor solvendo non existens,
manibus adjudicetur creditoris, aut compedibus ad tem-
pus vincitus teneatur, Land-R. art. 39. Lib. 3. Weichb. art. 27.
ibi: Dann der Schuldner dem Gläubiger an die Hand
gewiesen wird / daß er die Schuld los arbeite / oder los sage.
Benef.
*Comp. a fe-
ro Saxon.*
*alienum non
est.*
add. Mat. Coler. Proc. Exec. p. 2. cap. 3. num. 19. Verum enim
vero hæc Juris Sax. verba absque grano salis accipienda
non sunt, sed ordinarie interpretanda, ita, ut personas,
quibus ex speciali LLatoris clementia, & per subsequen-
tem consuetudinem, Benefic. Comp. indulsum, minime affi-
ciat. Nam Jure Romano in Saxon. foro integro, in subsidium
quantumvis, & quatenus præter Jus patrium aliquid di-
sponit, recepto, hanc quoque de Benef. Comp. materiam
subsidiarie assumtam fuisse, eo minus est ambigendum, quo
magis quotidiana ipsa loquitur experientia, comp. preju-
dicia summi Appell. Senatus, Lipsiensium pariter ac Vi-
tembergensem Ordd. superius passim allegata.

THE S. III.

§. 1. Finis hujus Exceptionis est, ut retineantur debi-
tori calamitoso necessaria vita subsidia, seu alimenta, que
hic omne id significant, quod ad vitæ sustentationem est ne-
cessarium, v. c. cibaria, vestitus, habitationem &c., quia sine
his, quemadmodum dicitur L. 6. ff. de alim. & cibar. ali cor-
pus non potest, hinc aliquid sufficiens relinquendum iis
esse monent L. 30. ff. de re jud. & L. 43. ff. de V. S.

Finis.
*Alimenta
omnia vite
subsidia de-
notant.*

§. 2. Cum vero non omnibus hujuscemodi debito-
rum una eademque sit ratio, diversa quoque circa definiendam
alimenta observanda erit computatio. Ante omnia ve-
ro judici respiciendum ad statum seu conditionem, utrum
quis honestiori loco natus, an levioris conditionis sit, ad
æterat quoque & valetudinem debitoris, in decernendis
alimentis.

*Decernenda
habita ra-
tione Condi-
tions, Aeta-
tis &c. &c.*

§. 3. Quare Nobili, aliove honoratori lautiora consti-
tuenda veniunt esculenta & potulenta, dummodo non ex-
cedatur modus L. 13. ff. de adm. tut. L. 1. §. 19. & L. 4. §. 1. ff.

E 2 de

de ventre in poss. mit. cum e contrario rustico, vel similis conditionis debitori panis ater, allium & cepæ, cum fabis & caseo sufficere videantur Wefenb. P. i. Conf. 50. n. 20. seq. Carpzov. Aßl. 1b. 75. n. 330. Sic & Nobili splendidior habitandi locus concedendus, cum e contrario obscurō loco nato, casa fumo & fuligine obfuscata commodam tribuat habitationem.

§. 4. Attendum quoque maxime est ad ætatem, ita, ut debitori juveni, vel virili in ætate constituto plus subsidiū relinquitur, quam decrepido & neci proximo, quia non, nisi turbato quasi mortalium ordine, evenire potest, ut effete ætatis senex virum succo & sanguine plenum supervivere queat. Nec sola hominum ætas, sed & valetudo, visusque insuper spectandæ veniunt. Quare plus facere posse intelligitur is, qui operas suas locare, vel alio quovis modo victum sibi parare novit, licet juvenis haud sit. Plus vero relinquendum clinico, leproso, paralyticō, calculo renūm, aut vescicæ, malo hypochondriaco, epilepsia, vel alio fontico laboranti morbo.

§. 5. Quæritur autem, num tantum saltem subsidiorum relinquendum sit debitori calamitoso, quantum ipsi soli sufficere videntur, an vero uxori, liberorum famulorumque habenda quoque sit ratio? videtur equidem, quod non, quia hæc concessio alimentorum personalis est, adeoque ad personas plane alienas non extendenda. L. 68. ff. de R. 3. Quia vero uxor pars corporis, cum liberis habentur, arg. L. 8. §. 3. ff. quod met. cauf. unde & relicta marito habitatione, non ipse solus, verum in familia habitare solet, L. 2. ff. de us. & hab. & vix dabitur beneficium alicui, quod non per necessariam consequentiam, ad ejus familiam, sine qua esse nequit extendatur, ajentem merito cum Carpz. 1. l. pos. 75. n. 327. tenemus sententiam add. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 6. n. 21. & Brunn. quest. 10. n. 6. Et hæc subsidia non ex ipsa sorte, sed ex usuris aut proventibus suppetere debent.

THE S. IV.

§. 1. Quemadmodum vero prædicti jam debitores a solvendo creditoribus suis solidō, ope Exceptionis Competen-

*Alimenta,
uxori, libe-
ris & toti
familiae de-
bitoris de-
cernenda
sunt.*

*idque ex
proventi-
bus anniuis.*

potentia liberantur; ita e contra creditores beneficio non
nunquam *Replicæ* id efficere valent, ne illis Comp. Exceptio
quicquam obesse possit. Definitur hæc *Replica*, prouti prag-
maticis audit, *jus creditoris competens, ad excludendam debito-*
ris privilegiai Exceptionem, summo jure fundatam.

*Exceptio
Compet. eli-
dirur per
Replicam.*

§. 2. *Replicæ* vero, seu adminicula ejusmodi duum
videntur esse generum, generales nimirum seu omnibus
communes, & speciales seu cuivis horum creditorum pro-
priæ, de Generalibus nunc primo loco dicendum.

§. 3. Dictum superius, quod Exceptio Compet. ad *General.*
conservationem alimentorum unice tendat, ex quo appa-
ret, quod is eandem prætendere cum effectu nequeat, qui
aliunde viëstum sibi atque amictum parare valet. Quod
imprimis objiciendum artificibus atque quibuscumque me-
chanicis, qui arti suæ adhuc vacare, semetque ipsos susten-
tare possunt. *a. L. 5. §. ult. de agn. lib. ne ex homine labo-*
rioso efficiatur inutile terre pondus L. un. C. de mendic.
conf. Carpz. P. 32. d. 6. num. 5. & Schneider. ad §. 36. In de att.
cessans enim ratio cessare facit beneficium.

§. 4. Accidere præterea potest, ut certa debiti pars
ab huius beneficij ignaro solvatur, postmodum vero melio-
ra edocitus, excipiat de Competentia, queritur itaque num
sit audiendus? Primo quidem obtutu videtur, quod sic,
quia solutum, quod nullo Jure humano debebatur, adeo-
que debiti per errorem soluti repetitio esset, *L. 47. ff. de*
cond. ind. At vero, licet solutio per oscitantiam & juris
ignorantiam, que & ipsa neminem excusat *c. 13. de R. 7.*
in 6., subsecuta sit, solutum tamen est, quod habita æqui-
quitatis naturalis ratione solvendum erat utique *vid. L. 9. ff. de*
condit. ind. & *Jura facilius indulgent retentionem quam qui-*
dem actionem L. 5. §. Idem &c. de liber. legar.

*Condicio in
debiti hic
exulat.*

§. 5. Aftutia quoque pravorum debitorum LL. ob-
cém objecere, ita, ut debitori, qui dolo effecit, quo mi-
nus solvendo sit, de Competent. excipienti *Doli* replica ob-
stet *L. 22. ff. de re jud.* pro possessore enim, fictione juris, habe-
tur, qui dolo possidere desit *L. 131. L. 150. & L. 152. §. 1. ff. de cialis.*

R. J. Dolus quoque suus nemini petrocinari debet. P. Müller. ad Struv. Ex. 44. lib. 21. lit. d. add. Surd. de aliment. lib. 1. quest. 78. n. 28.

Patti con-
veni.

qua tamen
in marito
exulas.

§. 6. Neminem etiam fugere potest, quod quilibet favori pro se introducto renunciare valeat, L. 41. §. 1. de minor. L. pen. C. de patti., & hanc renunciandi facultatem hic quoque obtinere, atque Patti conveni replicam exinde generari, nemo sanus dubitat. Speculat. de renunc. & conclus. vers. 28. licet non nihil dissentiat Jac. Burtrig. de Benef. Comp. Quæ quidem renunciatio, si jurato fiat, omnem in futurum litigandi ansam præscindit arg. c. 28. X. de Jurej. Exceptionem a prædicta Replica, quod renunciationem simplicem, habemus in marito, utpote cui per L. 14. §. 1. sol. matr. facultas huic favori renunciandi ademta, plura vid. ap. Müller. ad Struv. c. l.

§. 7. Nihil e contra prodest creditori, quod æque privilegiatus sit, quia ipse quodammodo certat de lucro captando, debitor vero de damno vitando. L. 33. & 42. ff. de R. J. exempla hujus sententiae ex LL. petitia adfert Lauferb. in c. Disp. §. 54. Eodem quoque recedit, siquidem creditor pari cum debitore calamitoso egestate prematur, ita, ut & hoc casu replica æqualis paupertatis effectum sortiri nequeat. Quia in pari causa melior est conditio possidentis, cap. 63. de R. J. in 6. Suggestit tamen Carpz. in Ajsl. debit. pos. num. 385. judici cautelam, ut illud, quod debitori adhuc restat, ipsum inter, & creditorem dividat.

THESES. V.

Replica
Specialis.

Falsi.

§. 1. Quod nam porro cuivis in individuo regerendi exceptioni huic jus competat, brevissimis nunc supplendum. Sangvinis autem rationem habenti Filiiusfamilias primo se offert loco, cui plurimum nocet replica admissi Falsi modo appareat, quod in contrahendo de sua conditione mentitus sit, patremque familias se falso dixerit, L. 4. §. 1. ff. quod cum eo, qui al. pot. & L. 10. ff. de re iud. neque enim dignus est hoc beneficio, qui contra LL. peccat. L. 37. ff. de minor. conf. Struv. Ex. 20. lib. 49. ibique Müller. lit. q. p. 1325.

§. 2. Ces-

§. 2. Cessat præterea hæc Compet. exceptio in liber-
to ingratitudinis convicto, quia ingrato homine, terra nil
pejus alit, & ejusmodi nebulo, in pristinam detrudendus est
servitutem. L. 6. §. 1. ff. de agnosc. lib. add. Manzius d. 3. q. 1. n. 32.
ita, ut ingratitudinis hic replicæ locus maneat.

§. 3. Quamvis etiam favor donatarii in Jure maximus
sit, atque circa hoc Beneficium quosvis alios debitores eo
antecellat, quod omne æs alienum in ejus commodum de-
ducendum veniat, quemadmodum supra notatum, hac ta-
men sua Compet. exceptione frui haud potest: quoties In factum.
donatio ex causa quadam onerosa fuit impetrata, quia id,
quod ob causam datur, munificentia non est, sed quædam
potius permutatio seu remuneratio. L. 21. ff. de donat. Manz.
c. l. num. 41. add. Mynsing. ad §. 37. J. 6. att. Et hæc exceptio
perinde eliditur, si donator a donatario delegatus alii pro-
miserit, ab eoque conveniatur. L. 41. pr. ff. de re jud. Ratio
est, quia per delegationem novum plane initur pactum, an-
tiqua vero donatio tollitur.

§. 4. Prodeunt nunc Conjuges, quos se contra rigi-
dam, tum dotis, tum etiam debiti ex alio quovis contractu,
durante adhuc connubiali vinculo, initio, exactorem hac
exceptione defendere posse, superius dictum, nunc quoque
adjiciendum est, quibus præcipue casibus prædicta exce-
ptio elidatur; Cum vero Schneid. ad §. Item si de doce. 37. J. de
att. p. m. 95. atque Manz. c. l. n. 15. seq. & tota quest. 7. hos pla-
ne omnes ordine exhibeant, huc potius transmittere, quam
integras aliorum operas transscribere malui.

§. 5. De Sociis quoque notandum venit, quod hi se
Exceptioni Comp. indignos reddant, quoties sociorum quis
a confociis conventus neget, se socium esse: negans vero id,
quod est causa beneficij, perdit illud L. 10. §. 1. ff. de sive jff. L. 22.
§. 1. ff. de re jud. & L. 67. §. ult. ff. pro soc. ideoque interveniente Doli spe.
Doli replica, condemnatur, in solidum Serap. a Seravin. de cialis.
privileg. jur. pr. 56. n. 2. Idem quoque dicendum videtur, si
quis ex alia, quam societatis causa convernitur. arg. L. 41. §. 1.
ff. de re jud. conf. Strauch. Diff. ad J. 25. §. 12. p. m. 365.

§. 6. Su-

§. 6. Superius quoque de iis, qui bonis suis cesserunt, mentio
injecta, ut, si pingviorem postmodum fortem experti, in noviter ac-
quisitis bonis, Exceptione Competet, leventur, ne scil. afflito, per excusio-
nem ad saccum & peram, de novo addatur afflictio. Quoniam vero
hinc inde locorum varia actum cessionis comitantur solemnia, hinc sepe
In factum. laudatus *Manz.* d.l. n. 99. notabile, & speciali forte nomine destinatum,
replicæ fundamentum ex *Menoch.* & *Tholofano.* c. 8. n. 6. refert: ut ac-
quisita post cessionem prorsus non sint obnoxia creditoribus, si debitor
cessionem fecerit infamem, v. g., sit dicto venia, si nudato anno infedellet
lapidi, bonis cedendo.

§. 7. Militibus quoque fortallitii inexpugnabilis instar Excep-
tio Competentie non est. Sapientia enim accidit, ne dicam, in con-
fverudinem abiisse videtur, ut ære alieno admodum presi, militis no-
men dent, atque corpore suo pro patria luendum existimant, quod credito-
ribus reddere nullo modo posunt. vid. *Lauterbach.* c. l. tb. 46. Cum
vero dolus nemini suus patrocinari debeat, etiam hoc casu malitiis
hominum minime indulgendum erit. Parem in modum res fe habet
euna militibus ignominia causa cohorte dimisis, quia hoc Beneficium
Competentie bene de militia merentibus, præmii loco, tributum, & per
ignominiam missi, milites esse desinunt. L. 26. d. *refsam.* milit. *Manz.*
l.c. num. 74.

§. 8. Cujus beneficij svavitate Fidejussores minime demulceri,
prætermissum, antea non est. Cum vero nulla adeo firma sit regulæ, que
non patiatur exceptionem; nulla ferme exceptio, que non quandam
sentiat replicam, noli mireris, quod & fidejussoribus h. c. aliquid con-
tra exceptionem levaminis adsit: Quoties enim hi, ratione dotis servan-
dæ, pro marito fidejubent, toties eos ab omni damno LLatoria clemen-
tia immunes præstat. L. 1. & 2. C. ne fidejuss. vel mandat. dot. dent. pecu-
liaris hujus dispensationis ratio in c. L. 2. habetur. Eodem quoque mo-
do a nexus penitus liberatur Fidejussor, si tanquam quasi defensor ju-
dicium suscepit, L. 63. §. 1. ff. pro fac. quam ramen. Lis dispositionem
plerique ultra casum societatis extendere nolunt, quod & mihi vero
videtur similius.

§. 9. Habet hic B. C. ea, quibus tenues quantumvis mei ingenii
vires non nihil periclitari constitueram. Cave ergo mireris, siquidem
hisce pagellis varia occurrant, quia, si non omnimodam correctionem,
limati tamen forte expectent. Liberius non nihil in adscribendo vin-
dicandoque Comp. Benef. veratus quidem sum: sed æquitas hac fugi-
gescit, licet jure quandoque deficiat scripto. L. 2. §. 5. de aqu. & aqu.
pluv.

Sanctissimo de cetero, quod omnia moderatur, atque gubernat,
Numini, immensas pro præstito mihi auxilio perfolvo grates,
cui sit L.H. atque G.S.

F I N I S.

ULB Halle
005 361 788

3





B. C. D.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO⁴⁵
SERENISSIMO PRINCIPE REGIO AC DOMINO
DN. FRIDERICO AVGVSTO,
ELECT. SAXON. HEREDE ETC. ETC. ETC.
DISSERTATIONEM
DE¹⁷⁰⁴ 29-
BENEFICIO COMPE-
TENTIÆ GENERATIM,
SPECIATIMQVE NOBILI-
BVS CONCESSO,
SVB PRÆSIDIO
DN. IO. BALTHAS. WERNHERI, D.
Pandectarum Prof. Publ. Curiae Provinc., Scabinatus &
Ordinis Jurid. Assessoris, ejusdemque
p. t. DECANI,
DIE D. XXII. MAJ. A. R. G. MDCC. IX.
PVBLICE
IN ICTORVM AUDITORIO
DEFENDENDAM SVSICIET
AVCTOR
IOHANNES ADAM BRESCIUS,
LVCCA-LVSATVS.
VITEMBERGAE, PRELO GERDESIANO.